



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Silentij lex quomodo ab eo seruata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

*Amans  
obedientia.*

quæ Dei gratia est , bestiam illam non pertimesco . Obedientiae virtutem amabat vnicè , eoque nomine S. Ignatium magis etiam diligebat , quòd tam præstantem de eâ Epistolam conscripsisset: censebatq; in rebus minimis studio maximo obediri debere , quòd intelligerent Superiores , quanto in pretio mandata sua haberentur ; quoniam vbi res minimæ accurate absoluteque seruentur , ibi res magnas haud dubiè maiori quoque curâ administrari . Aiebat , absolutam illam beati Aloysij in minimis etiam rebus obeundis obsequentiam , non timore aliquo culpæ aut pœnæ natam , sed desiderio ipsius virtutis .

*Obediendū  
non timore,  
sed amore  
virtutis.*

*Re ipsā  
ostendit,  
quo modo  
obediendū  
esse existi-  
maret.*

*Silentii lex  
quomodo  
ab eo ser-  
uata.*

Loquebatur aliquando , factâ sibi potestate , cum externo intra Collegij limen , quando alius ad eum quoque alloquendum superuenit : huic aperte Ioannes necessarium esse respondit , priùs à Rectore facultatem colloquendi petere ; eaqué impetratâ , se , ut fecit , ad colloquium esse reuersurum . Si quando tyrocinij tempore ægrè se habere sensisset , tamen obediendi studio , ad consuetam surgendi horam , manè se lectulo eripiebat ; mox , copiâ à Superiore factâ , si opus foret , in lectulum reuersurus . Interrogante quodam , quâ ratione silentij lex perfectè seruari posset ; Ego , ait , hac ratione facio : Summisse saluto si quem per viam offendō : tum si quid

quid me vult, paratissimum offero; si quid interrogat, interrogatum audio, verbulo unico respondeo, & vel alterum superuacaneum adiucere caueo. Assueuerat eorum, qui ob-  
uiam sibi siebant, Angelos custodes salutare, *Consuetudo salutandi Angelos*  
aut etiam Deum pro eis orare; interque præ-*di Angelos*  
tereundum defunctus salutandi officio, spatijs tium.  
aliquantum se inter & occurfantem relin-  
quere honoris caussâ.

Per omnem vitam nihil umquam in eo *Admiranda castitas.*  
notatum aut gestu solutius, aut signis lasci-  
uius, aut verbo actuive contrarium puritati:  
cumque esset ingenio alioqui iucundo ac  
blando, hic semper seuerissimus extitit. At-  
que ut gratia comitateq; alliciebat omnes, ita  
singulari morum verecundiâ, castitatis amo-  
rem in animis intuentium excitabat: vide-  
banturque ab oculis eius quidam quasi radij  
vibrari, quibus aspicientes ad castimoniam  
accendebat. Sui ipsius vero custodem egit *Seuera sui  
circumspectione ac seueritate tantâ, ut quem  
lecti locum, corporisque situm, in decum-  
bendo, vesperi semel fuisse fortitus, eumdem  
absque omni motu, seu frigus seu aestus esset,  
in auroram usque tenuisse deprehenderetur.  
quem morem reliquo vitae cursu constanti-  
simè obseruauit. Priusquam in lecto se com-  
poneret, diuersas lecti partes his illisve San-  
ctis protectoribus suis assignabat. Inter hos* *Religiosè  
ad somnum  
se compo-  
nit.*

medium